

Χρυσόκομη.

## CHRYSOCOME.

CAP. LI.

**C**hrysocome palmi altitudine fruticat: coma specie corymborum, hyssopo simili: radice hirsuta, verratri nigri modo, tenui, cyperum æquante: gustu non in jucundo, ex dulci austero: in petrosi, opacisq; nascitur. Radix exalfacit & adstringit: his conveniens, quos jecur, aut pulmonis inflammatio male habet: contra purgationes vulvæ, decocta cum hydromelite assumitur.

**Q**ui Chrysocomen in Italia mihi ostenderet, hæcenus reperi neminem. Quamobrem in eo natura viridario plantis compluribus nobis incognitis referto, quod tantum in sui ipsius usum colit natura, ne omnibus ex utraque modicamentis, suis etiam languoribus mederi nequeat. eam & virefcere, & florescere omittimus, donec nobis, aut aliis compertam in communem quoq; cognitionem, & usum prodire contingat. Interim tamen, ut vestrum institutum sequamur, vires ejus ex Galeno subjiciam: quas ipse lib. 8. simplicium medicamentorum, ijs verbis descripsit: Chrysocome vocatur & chrysites. Radix vincentes acrem simul & adstringentem qualitates habet: quare neq; multi usus est. Uti tamen est decocta in melicrato in peripneumoniis, & morbis hepaticis. Sed & menstrua purgationis provocanda vim quandam obtinet. Χρυσόκομη sic Græcè, ut etiam Chrysocome Latine dicitur.

Chrysa-  
comes  
confid.Chrysa-  
comes  
vires ex  
Gal.

Nomina.

Χρυσόγονον.

## CHRYSOGONUM.

CAP. LII.

**C**hrysogonum densè fruticat, quernis foliis, flore coronarii verbasci: radix ut rapum extuberat, intus ruberrima, foris nigra. Quæ trita cum aceto, atq; imposita, muris aranei moribus auxiliatur.

**C**hrysogonum, nisi aliunde in Italiam deferatur, inter plantas, quæ minimè cognoscuntur, & ipsum perpetuo recensendum esse putaverim: vel nobis in abdussum natura hortu, ubi delitescit, investigandum erit. Siquidem hæcenus mihi neque inventre, neque ab aliis compertum videre licuit in Italia. Quod χρυσόγονον Græci, Latini quoq; Chrysogonum dicunt.

Nomina.

Ελὶχρυσον.

## HELICHRYSUM.

CAP. LIII.

**H**elichryson, quidam Chrysanthemum, nonnulli & id Amaranthon vocant, quo deorum simulacra coronant. Ramulum habet candidum, virentem, rectum, firmum: folia intercedentibus spatii angusta, abrotano similia: comæ aureæ lucis, in orbem: umbella rotunda, veluti siccis corymbis dependentibus: radice tenui. Nascitur in asperis, & torrentium & alveis. Contra serpentium ictus, coxendicum dolores, urinæ stillicidia, ruptaq; coma è vino pota opitulatur: ciet menses. Sanguinem concretum ventris ac vesicæ absumit, pota cum mulso: jejunis, trium obolorum pondere, sistit destillationes, data in vino albo diluta. Vestibus inferitur, ut eas ab erodentium injuriis tueatur.

Mentha  
& ar.  
χρυσόγονον  
i. coxendicum  
i. coxendicum  
i. coxendicum

## I. HELICHRYSUM.

## II. HELICHRYSUM ITALICUM.



LIII.

Hel.

III. HELICHRYSUM CRE-  
ticum.

## IV. STOECHAS CITRINA.

Helichry-  
sum confid.\* V. HELICHRYSUM ORI-  
entale. \*Fuch. er-  
ror.Helichry-  
sum alte-  
rum.

10

20

30

**H**elichryson copiosè provenit in Hetruria in pratibus, gracili solo, incultisq; locis, siticulosis collibus, nec non etiam in fluminum alveis. Caule constat recto, aequali ac lignoso, cubitalem longitudinem non excedente: foliis per intervalla emergentibus, abrotani amulis: comantibus in cacumine floribus, aureo colore fulgentibus, & in orbem umbella modo coherentibus, corymbacea facie, veluti myriophylli, vel agerati: qui exiccati aureum colorem diutius retinent. Præinde com-  
modè hyeme, quòd eo tempore flores deficiant, puella siccum Helichrysum coronamentis suis inserunt, quemadmodum & Amarantum purpureum, quod nostris Herruscus vulgo dicitur Fior velluto. Helichrysum depinxit Fuchsius in suis de stirpium historia commentariis, folio echinaculeato & floribus buphrthalmi. Quia in pictura ipsum deceptum suspicor, quòd ea Helichryso minime respondere deprehendatur. Helichrysi meminit Plinius lib. 21. cap. 25. ubi de eo differtur his verbis: Helichrysum, inquit, quod alii Chrysanthemum vocant, ramulos habet candidos: folia subalbida, abrotano similia: ad solis repercussum aurea lucis in orbem veluti corymbis dependentibus, qui nunquam marcescunt: qua de causa deos coronant illo. Quod diligentissimè observavit Ptolemæus rex Aegypti. Nasceitur infrutetis. Est & alia planta, in Italia quoq; nascent, quam nobis HELICHRYSUM alterum italicum vocare libuit, quod plurimum in Italia proveniat, quòd folia illi quoq; sint angusta, & aurei in summitate flores, & eisdem sit facultatibus præditum quibus & præcedens. At HELICHRYSUM CRETICUM planta est exilis, foliis longis, angustis, hirsutis striatisq; caulibus angulosis, umbella in summitate aurea, divulsaq; radice tenui ac supervacua. Nasceitur in Creta insula. Ea omnia hoc quoq; qua supra dicta, præstare posse creditur. Sed hallucinantur, qui plantam, quam quidam STOECHADA CITRINAM vocant, legitimum Dioscoridis Helichrysum esse censent. Siquidem folia illi tenuia abrotani modo non sunt, sed longa, albicantia & hirsuta. Caules palmares, aut majores, lanuginosi & incani in quorum summitatibus flores sunt aureo colore fulgentes globosi, odorati, in umbella divulsa modum sese pandentes. Radice nititur brevi & subnigra. Nasceitur locis incultis, & in pascuis: excalfacit & siccit. aperit & abstergit, ut amariusculus indicat sapor: quin etiam nec adstringenti facultate vacat. Decocti flores, aut ex vino macerati, jecinis obstru-

Stoecha-  
dis citri-  
nae voca-  
te descrip-  
tio.

eam, quam quidam STOECHADA CITRINAM vocant, legitimum Dioscoridis Helichrysum esse censent. Siquidem folia illi tenuia abrotani modo non sunt, sed longa, albicantia & hirsuta. Caules palmares, aut majores, lanuginosi & incani in quorum summitatibus flores sunt aureo colore fulgentes globosi, odorati, in umbella divulsa modum sese pandentes. Radice nititur brevi & subnigra. Nasceitur locis incultis, & in pascuis: excalfacit & siccit. aperit & abstergit, ut amariusculus indicat sapor: quin etiam nec adstringenti facultate vacat. Decocti flores, aut ex vino macerati, jecinis obstru-

el struptiones aperiant: proinde datur utiliter eorum decoctum, aut dilutum regio morbo, aut malo habitu affectis. Idem  
 porum interaneorum vermes necat. Medetur tota planta omnibus cerebri morbis a frigido provenientibus, nempe puerito-  
 sis fluxionibus, diuturnis doloribus, comitialibus, resolutis, & id genus aliis, siue ejus decoctum sumatur in potu, siue herba  
 ipsa in pulverem trita ex rhodomelle bibatur, aut oxymelite. In lixivio addita non solum praescriptis morbis fert auxi-  
 lium, ubi eo caput abluatur, sed furfures quoque, abstergit, & pediculos necat. Datur cum herba ipsa tum ejus decoctum, ad  
 urinae suppressiones, siquidem renes expurgat, & urinam pellit. Adduntur flores in fomentis quae ad uteri morbos frigidos,  
 & obstructions parantur. Helichrysi sub Amaranthi nomine mentionem fecit Galenus lib. 6. simplicium medicamento-  
 rum, sic inquit: Amaranthum facultatis est incidentis, & extenuantis. Coma igitur ejus menses cum vino pota educit:  
 & grumos sanguinis liquare creditur, non solum in ventre, sed & in vesica: sed tunc potius cum mulso bibenda. Et omnes  
 10 simpliciter fluxiones pota desiccant. Stomacho infesta: hac Galenus. Ceterum cum Helichrysum tam Dioscoridi, quam Ga-  
 leno Amaranthum dicatur, opportuna nobis sese offert occasio, ut hic AMARANTHUS purpureus, quod, ut paulo ante di-

Stœchad.  
cit. vires.Helichry  
si vires ex  
Gal.Amaran-  
thi pur-  
purei co-  
ludario.

## VI. AMARANTHUS.

\* VII. AMARANTHUS  
pannicula incurva. \*

ximus, à nostris vulgò vocatur Fior velluto, historiam, & vires tradimus praesertim quòd puellis gratissimum sit hyeme in  
 suis texendis corollis, ut pote quod tam recens, quam siccum, purpureum ac flammeum colorem diutius conservet. Hoc ita-  
 que folia profert ocini majora: caulem crassum, pinguem, subrubentem, striatum: florem spicatum, admodum purpure-  
 um: qui quanquam diu siccatus (ut supra dictum est) asservatur, haud quaquam tamen suum deperdit colorem. Ama-  
 ranthum hoc, quantum equidem reor, memoria prodidit Plinius lib. 21. c. 8. cum sic inquit: Amarantho non dubie vinci-  
 50 mur. Est autem spica purpurea, verius quam flos aliquis, & ipse sine odore. Mirumq; in eo gaudere decerpi, & laetius rena-  
 sci. Provenit Augusto mense: durat in autumnum. Alexandrino palma, qui decerpit, asservatur. Mirumq; postquam de-  
 fecere cuncti flores, madescentis aqua reviviscit, & hyernas coronas facit. Summa ejus natura in nomine est appellata,  
 quoniam non marcescit: haec de Amarantho Plinius. Huic facultas inest (ut recentiorum quorundam fert opinio) Amar.  
 frigida & sicca repellit, cohibet: proinde flos ejus potus celiacos, & dysentericos juvat. Mensuram abundantiam cohibet, & purp. vi-  
 albas uteri fluxiones. Quinetiam cruenta expuentibus prodest, praesertim si in pulmone vel pectore, vas aliquod fractum res.  
 fuerit. Planta, quae Graecis ἀμαρανθός & ἀμαρανθός, Latine pariter Helichrysum & Heliochrysum appellatur: Italis, He-  
 lichryso. Stœchas citrina. Italis, Amarantho giallo. At Amaranthus, Graecis ἀμαρανθός: Italis Amarantho, seu fior velluto:  
 Germanis Sammet Blum: Gallis Passe velours.

Helichryson quasi aureum colorem habens, quare Gaza apud Theophrastum Aureliam reddidit.  
 60 I. Elichryson foliis Abrotani, C. B. Helichrysum, Matt. Castor. Helichrysum Creticum. Matth. in com-  
 pendio, sed figura transposita est. Helichrysum verus, Gef. hor. Helichrysum secundum, Taber. Elichry-  
 son, Lac. Clus. hist. Hispan. Dod. fol. Lugd. Camer. Elichryson siue aureus flos, Lobel. Millefolium lu-  
 teum tomentosum vocamus id quod dicitur Helichrysum Italicum, Matthiolo & Lugdunensi, Cam.  
 Stratiotes millefolia, Dod. gal. Stratiotes lutea, Clus. hist. Hisp. Lug. Millefolium luteo flore, Gef. hor.  
 Cam. Millefolium luteum, Lobelo, Tabernæ. Helyochrysum secundum, eidem. Millefolium minus si-  
 ve Stratiotes Chiliophyllus, Dodo. folio. Ad Achilleam Dioscoridis, quam flore luteo esse dicit, fortè  
 referri posset. III. Elichryson foliis Stœchadis citrinae angustioribus, C. B. Helichrysum Creti-  
 cum, Matthiolo & Lugdunensi. IV. Elichryson seu Stœchas citrina angustifolia, C. B. Stœchas  
 citrina

citrina, Matth. Ges. hor. Dod. fol. Lac. Castor. Lugd. Amaranthus & Heliochrysis prima, Trag. Tinearia lutea, eidem. Amaranthus luteus, Fuch. Lac. Lonic. Amaranthus citrinus, Turn. Helichrysum, Cord. in Diosc. Cæsal. Ageratum, Dod. gal. Chrysocome, Lobel. Taber. Coma aurea, Lob. in icon. V. Elichryson orientale: Caulis est prædicto lanuginosior (in utraque sculptor lanuginem omisit) foliis crassioribus, in caulis summitate quasi in umbella, octo & novem cauliculi, unciales incani, quibus singulis flos unicus, rotundus, rarius oblongus, quasi ex plurimis (quamis compositus, quintuplo priori major, bi fulgore auri splendent. VI. Amaranthus (eò quod hujus flos non marcescat) pannicula sparsa, C. B. Amaranthus purpureus, Cord. in Diosc. Lac. Lonic. Dod. fol. Lobel. Amaranthus primus, Castor. Amaranthus Plinii major, Ges. hor. Amaranthus, Cæsalp. Amaranthus purpureus major, Taber. Amaranthus saturatius purpureus, Camerario. VII. Amaranthus pannicula incurva, C. B. Hujus panniculæ in summo latiores, compressæ, hilariore aspectu, reticulares, cristas imitantes: folia quam priori longiora, maculis rubentibus sæpe aspersis: semen pusillum atrorubens & splendens. Amaranthus purpureus secundus, Dod. gal. Amaranthus holosericeus, sanguineis, reticularis floribus, Lobel. Amaranthus holosericeus, Lugdunensis. Amaranthus Cristatus, Germanis Hanen Ramin Camerario in suo Matthiolo.

Χρυσάνθεμον.

## CHRYSANTHEMUM.

CAP. LIII.

Chrysanthemon aut caltha, nonnullis buphthalmos, herba est tenera, fruticosa, læves proferens caules, & multifida folia: flores supra modum splendentes, luteos, orbem oculi imitantes, unde buphthalmi nomen traxit: propter oppida nascitur: cujus caules oleris vice manduntur. Flores cum cerato tritici steatomata discutere produntur. Regio morbo correptis, colorem bonum brevi reddunt, si sequente longo balnei usu, post exitum ebibantur.

## CHRYSANTHEMUM.



Chrysanthemi capitulum.

Quamquam non desunt, qui crediderint Buphthalmum, & Chrysanthemum unam & eandem plantam esse, quod partibus notis inter se certari videamur: tamen si particulae quaedam nota in utrisque diligenter expendantur, facile inter has plantas discrimen aliquod notari deprehenditur. Quod cum optime sciret Dioscorides, diversis libris diversisque capitulis de his spectatim differunt. Quod utriusque minime fecisset si compertum habuisset, nullam inter eas intercedere differentiam. Quatamen hinc cognosci potest, primum quod Buphthalmi folia infini feniculo similia, quæ plantæ capillaria constant: Chrysanthemi vero tenera, multifida minime, per ambitum laciniata. Deinde Chrysanthemi caules in obliquo mandali aliorum olerum modo scribit Dioscorides: id quod de Buphthalmo agens silentio præterit. Præterea flores Buphthalmi reddidit anthemidi similes: Chrysanthemi vero luteos, & vehementer splendentes. Ceterum de horum viribus differens, Buphthalmi flores, cum cerato tritos, tumores duritiasque discutere tradidit in universum, & affirmatve locutus. Verum postea de Chrysanthemo scribens. lupus flores, inquit, steatomata discutere produntur, particulariter & dubie locutus. Hæc sane harum plantarum manifesta discrimina faciunt, ut credam, quod aliquis antiquorum curiosus nimis, sciens Buphthalmum & Chrysanthemum unam tantum referre plantam forte existimans, omnia in Chrysanthemo adiecerit. & confuderit, quæ libro tertio de Buphthalmi memoria prodidit Dioscorides: quemadmodum imprudenter de Ruta & Hyperico, Asaro & Baccari ab alio saltum esse in præcedentibus ostendimus: Hoc itaque argumento fretus, crediderim ego hoc modo Chrysanthemi caput esse legendum. Chrysanthemon herba est tenera, fruticosa, læves proferens caules, & folia multifida: flores luteos, admodum splendentes. Eius caules manduntur olerum modo. Flores cum cerato tritici steatomata discutere produntur. Hinc itaque sic Chrysanthemi caput restitui, facile patebit quantum aberraverint qui Chrysanthemum cum Buphthalmo confuderant. Chrysanthemon, cui nulla prope 60  
sua ex modo tradita reclinat nota frequentissimum provenit in Senensi agro prope Montem nigrum, oppidum ita appellatum. Quin et in opiosissimum in Bohemia Moravia & Austria in campis provenit: cujus folia infima plebecula in Hetruria pro oleo excutitur. Buphthalmum vero etsi antea à me non visum, in nostris commentariis Italica lingua conscriptis confessus essem ad nos amen hoc anno verum Patavio allatum esse superius in sua mentione indicavimus: quod etiam postea accepimus Pisis à Luca Ghino medico clarissimo & rei herbarie peritissimo, omnibus prorsus ad stipulantibus in Dioscoride Creditur Leonardus Fuchsius in suo de plantarum historia commentario, Chrysanthemum illud esse Ranunculi genus quod solo apud luteis floribus in pratibus plurimum nascitur. Quam opinionem quantum pace ejus dixerim, hallucinetur, evidentium omnibus esse puto, quam ut à nobis ostendi debeat. Chrysanthemi meminisse Galenum in libris de simplicibus.

Fuch. error circa Chrysanthemum.

simplicium medicamentorum facultatibus, hactenus incompertum habeo. Ejus nomen Græcum est *χρυσάνθεμον* Latini Nomina.  
num item Chrysanthemum: Italicum Chrysanthemo.

\* II. BELLIS LUTEA  
major. \*

\* III. BELLIS LUTEA  
minor. \*



Chrysanthemum ( seu aureus nos ) foliis matricariæ. C.B Chrysanthemum Matthioli, Lac. Lug. Tab. Hujus elegans species in hortis nostris, floribus partim candidis, partim luteis, nulloq; alio discrimine, cujus Geinerus libro de hortis nomine Bupthalmi alterius meminit. II. Bellis lutea foliis profunde incis major, C.B. Bellis major lutea, Trag. Chrysanthemum, Dod. gal. & fol. Castor. Chrysanthemum segetum, Lob. Chrysanthemum arvense, Taber. Chrysanthemi species quarta, Cæsalp. Hoc adjecimus eo quod herbarii Lugdunensis auctor eandem cum Matthioli Chrysanthemo statuat, qua in re lapsus, cum non parva inter utramque differentia intercedat. Hæc enim radice est fibrosa, ex qua caules aliquot sesquicubitales, teneri, glabri, virentes, rotundi & ramosi prodeunt: circa quos folia oblonga semunciam lata, in plures partes laciniata & scissa, pallida & tenera: in summo flores, Belli sylvestri majori similes, non modo disco lutei, sed & folia quæ orbiculatim circumposita & crenata sunt, aurifulgore splendent, odore non insuavi: semen in disci medio continetur, oblongum, flavescens, carinatum. Variat folio: in altera magis virente & plus diviso: in altera folio magis cæruleo & minus dissecto. Est & altera foliis subrotundis tantum a precedenti varians, de qua in historia nostra. In Germania quibusdam locis inter avenam & triticum provenit, in Italiae hortis notavimus. III. Bellis lutea minor a precedenti magnitudine potissimum differt, cujus semen amarissimum, licet in flore & folio nulla, aut minima sit amaritudo, monente Do. Camerario in suo Matthiolo, cui Chrysanthemum minus, & Germanorum Klein Goldblum dicitur.

Ἀγέρων.

AGERATUM.

CAP. LIV.

Ageraton a fruticosa herba est b, palmari longitudine assurgens, simplex, humilis; Origano maxime similis: umbellam gerit, in qua flos bullis aureis emicat, helichryso minor. Nomen ei inditum est, quoniam diutissime flos in sua coloris specie conservetur. Vis decocti fervens, hujus ustæ nidor urinam cit, & vulvæ duritias emollit.

60 Nascitur Ageratum passim in universa Hetruria, in inculto solo & in pascuis, foliis origano proximis: floribus aureis, in umbella emicantibus, helichrysi modo. Hanc herbam Mesues Eupatorium existimat, ut superius in Eupatorii commentatione abunde diximus. Ea a nostris Senensibus vulgo appellatur herba Giulia. Sententia huic nostræ refragatur Andreas Marini Medicus ætatis nostræ non postremus, in suis in Mesuem annotationibus, his verbis, ubi in Eupatorii caput commentatus est. Ceterum hanc ipsam herbam (Eupatorium scilicet, aut Juliam intelligens) Dioscoridis Ageratum esse vix adducor ut credam. Nam insignem amaritudinem, qua curvis vel inpe-rato herbario, prima occurrit, nullo modo Dioscorides, aliqui diligentissimus, tacuisset, quæ tamen in hac plantæ adeo insignis est, ut ob hanc ipsam maxime, præ cæteris notis, ad Eupatorium Mesue sit referenda. Folia præterea non sunt origano, sed centaury potius minori similia, quæ folia quantum inter se differant, omnes no-runt. Ad hæc urinam ciere, vulvæque duritias mollire Ageraton, Dioscorides est auctor, quorum effectuum ne

a Meū &  
Drag.  
b. Frutex  
b. Orib.  
d. ar. l. a.  
m. i. duū  
palmorū  
i. ar. l. a.  
p. m. p. d. u.  
y. d. i. s. x. e.  
c. o. n. d. i. t.

flos bul-  
lis aureis  
similis.  
Agerati  
confid.

Andreas  
Marini  
opinio,

meminit

## I. AGERATUM.

## II. AGERATUM ALTERUM



Marini  
Opio  
refutatur

Herba  
Julia.

meminit quidem Mesues, qui ab eodem Dioscoride multa diligenter sumpsit. Huc accedit, quod Ageraton, Galeno autho-  
re, vim habet digerendi. & quadantenus Phlegmone liberandi, quod tamen Mesues non scripsit: adde, si placet, quod nul-  
lum caloris, aut sic, ita gradum ei Galenus adscribit, cum Mesues calidum in primo, siccum in secundo constituat. Qua  
res tanti fuit apud me momenti, ut ab eruditissimi Matthioli sententia, quamvis invitum, me recedere coegerint: In-  
terim dum ab eo meliora super eo capite, ut spero edentur, quod ut facilius facere possit, aliam herbam hic pingi iussimus,  
quam Petrus Antonius Michaelius Patritius Venetus, harum rerum diligentissimus indagator, pro Agerato habet: cuius  
profecto opinioni non possum non assentiri, cum videam notas omnes Agerati huic planta mirum in modum convenire.  
Siquid tamen vel Matthiolus ipse, vel alii praestantes in re herbaria viri, adversus eam opinionem habuerint, lubens, eo-  
rum iudicium, & censuram subibo. Hac ille. Quibus an recte Ageratum examinaverit, & an ejus argumenta, quibus con-  
tra me utitur, firma ne an infirma habeantur, ex his qua nunc dicturus sum, si facile intelligant, qui materiam Medicam  
tenent. Quod itaq; Dioscorides amaritudinis in Agerato non meminert, cum ea tam evidens in hac planta gustantibus  
sefe offerat, id ne tantillum quidem me a mea dimoveret opinione, cum illi plurima describantur plantae, quae insigniter  
amara degustantur, & nihil tamen in eis describendis, amaritudinis meminit. Amara sane sunt Scylla, Cyclaminus,  
esculentus Bulbus, Absinthium, Ruta, Harmala, Hieracium, Senecio, Fumaria, Conyza, Bryonia, Ervum, Capparis  
planta, Hedera, Marum, Polium, Chamepitys, Verbenaca, Betonica, Papaver cum folia, tum capita, Opium, & alia  
quidem nonnulla, de quarum tamen amaritudine nihil memoria prodidit Dioscorides: quo fit, ut nihil prorsus Mari-  
ni argumento dimovear, si etiam in Agerato amaritudinis notam silentio involvit. Folia praeterea, inquit ille, non sunt  
Origano, sed Centaurio potius minori similia, quae folia quantum inter se differant, omnes norunt. Hac si quis cribrave-  
rit verba, facile hic Marinum haud diligenter duas hasce plantas examinasse, aut inspexisse iudicabit. Minoris enim  
Centaurii folia, & omnia origani, parum admodum facie inter se differunt. Itaq; recte dixisset is differentiam hanc no-  
visse omnes, si se excepisset. Deinde quod suum Eupatorium urinam ciere non scripserit Mesues, id ab eo sortasse prater-  
missum consensimus, quod hanc plantam ignoraverit esse Dioscoridis Ageratum. Verum cum Eupatorium scribat calidum  
esse in primo gradu, & siccum in secundo, quin etiam compositum ex substantia calida, subtili, quae unquam medicorum  
negabit Eupatorium hoc haud urinam ciere? Eadem quoq; muliebrium locorum duritias emollire? Nam & Iris, & Agrestis  
cucumis, quae quoq; calidiora sunt, & sicciora, id efficaciter praestant. Ad haec quod Mesues suo Eupatorio vim digerendi, &  
quadantenus Phlegmone liberandi non reddiderit, cum tamen Galenus Ageratum hisce facultatibus refertum esse scribat,  
repeto Dioscoridis Ageratum haud unquam novisse Mesuem, suum esse Eupatorium. Siquidem nihil vetat quin id Eupa-  
torium praestare possit, cum ipse asserat Mesues quod subtiliativum est & resolutivum, conveniens sine attractione. Postre-  
mo quod Galenus Agerato nullum caloris aut siccitatis gradum adscripserit, ut Eupatorio adscribit Mesues, nihil prorsus  
momenti hoc argumento habet. Galenus enim non semper simpl. medicamentorum qualitates (plures Galeni possem ad-  
ducere locos) per gradus explicat, praesertim ubi brevitati studet. Sed quis adeo Medicae materiam rudis tamq; ignarus  
fuerit, qui non patet novisse Galenum, caloris & siccitatis haud expers esse Ageratum, cum scribat esse illi digerendi pote-  
statem? Siquidem facultas hac fieri nequit nisi a calido & sicco temperamento. Id quod Dioscorides non praetermisit, cum  
ait *Αγερτον δι' ἑξ ἡμέρας ἀντὶ πυρετῶν καὶ πυρετῶν*, id est vim habet decoctum ipsius servidum. Hac itaq; cum Marini argu-  
menta infirma admodum reddant, maneo ego in sententia: & praesertim cum Juleam herbam videam cum folia tum  
caules edere origano haud dissimiles, quin etiam umbellam aureo bullis micantem Helichrysi modo, cujus aureus color, in  
sicca

10

20

30

40

50

60

seca quoque planta diutissime conservatur, unde (ut recte Dioscorides inquit) Agerati sibi nomen adinvenit. Nam hac tantum nota quippiam jam certior fieri poterit, unam & eandem esse plantam Ageratum & Mesius Eupatorium. Ceterum non possum non mirari Marini ingenium, qui ut facilius (ut ipse inquit) meliora super Agerati capite scribere possim, plantam se pictam mihi offert, quam a Petro Antonio Michaelio Parrutio Veneto pro Agerato haberi ait, cum ea Agerato adeo habeatur dissimilis, ut nihil dissimilius esse possit. Siquidem hac origani nullas omnino notas habet, & umbellae quoque nullas, sed stilos racematim coherentes balustiorum effigie. In summa ubi plantam totam expendere, nihil prorsus reperies, quod minimam Agerati particulam referat. Ago tamen Marino gratias, quod eum non dubitem hanc mihi obtulisse plantam, quod putaverit eam legitimam esse Ageratum, magis fortasse (ut video) aliorum opinioni adductus, quam explorandis Agerati notis. Verum ego ingenerosum mihi esse putarem, ex commentario: autum fieri Naucleum, ut recte Galenus admonet libro primo de alimentorum facultatibus, in ipsius praefationis calce. At sane hac invitum admodum scripsi, quod tanta sit plantae illius cum Agerato disparitas, ut in ea censenda opinari mihi non fuisset tantam facere temporis jacturam. At qui Marini verba hucusque me protraxerunt, quippe qui scribat, si quid contra ejus opinionem habuero, se lubens iudicium & censuram meam subiturum. Quae verba (ut sua est humanitas) ad respondendum me impulerunt. Medicam materiam non assequuntur, qui negant Eupatorium Mesius, non esse Dioscoridis Ageratum. Agerati vires paucis perstrinxit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit: Ageratum digerit, & inflammationes leviter quodammodo resolvit. Florum dilutum ex albo meraco paratum puerorum vermes necat duarum uncularum pondere potum. Excalfacit ordine primo, & siccit secundo, bilem & pituitam facile purgat, tenuat, incidit, terget, expurgat, putredinem prohibet: resolvit sine attractione, obstructions reserit, & earum assellus sanat, diuturnas febribus mirifice medetur. Adstringit, quare ventriculum, jecur & cetera viscera roborat: eum sero lactis efficacius purgat. Quae herba

20 *ἀγέρων* Græcè, Ageratum quoque, Latine dicitur: Italicè Herba Giulia.

Ageratum (quasi senectutis expers) foliis serratis, C.B. Ageratum, Matth. Lacu. Castor. Lugd. Tab. Camer. Ageratum septentrionalium, Lobel. Eupatorium Mesius, Trag. Ges. hor. Lonie. Balsamita minor, Dod. gal. & fol. Mentha Corymbifera minor, Cord. in hist. Camphorata, Cæsalpino. II. Ageratum alterum Matthiolum in majoribus figuris duplex proposuit, ut figura hac exprimitur: at in minoribus, solum id quod foliis est non serratis: in suo compendio neutrum posuit. Sic Lobelus utrumque habet, quod serratis est foliis, Agerati floribus candidis nomine (quod Ageratum tertium minus Taber.) alterum verò Ageratum minus nominat: Tabernæmontanus, Ageratum secundum candidum: sic Lugdunensi, secundum & tertium. At Camerarius in suo Matthiolo, Ageratum minus proposuit, quod sponte in Hetruria provenit, multo priore minus, foliisque minus crenatis est, quod distinguit ab ea Agerati specie, quæ prorsus candidas umbellas gerit & cæteris est rarior.

*περίστερον*.

## VERBENACA.

## CAP. IV.

PERISTEREON, sive verbenaca, nascitur in aquosis. Nomen ex eo duxisse videtur, quod columbae circa hanc perquam libenter versari soleant. Dodrantis altitudine, & interdum amplius adolescit. Folia & caule prodeunt incisa, & subalbida: ea singulari ramo, radiceque sola constare sepius invenitur. Folia cum suilla adipe recenti, aut rosaceo imposita, vulvarum dolores finire putantur: ignem sacrum illita ex aceto reprimunt: putrida ulcera cohibent: vulnera glutinant, veteraque ex melle ad cicatricem perducunt.

40

*ἱερὰ βοτάνη*.

## † SACRA HERBA.

## CAP. LVI.

SACRA herba, quæ & peristereon a nominatur, ramulos emittit cubitales, aut majusculos, angulosos: in quibus ex intervallis folia quercus, sed minora, angustioraque, eisdem divisuris, in ambitu, colore ali-quatenus casio: radix longa, tenuis: flores purpurei, graciles. Folia cum radice in vino pota, illitave adversus serpentes pollent: eadem drachmæ pondere cum thuris obolis tribus in vini veteris hemina, quæ dragenis diebus, jejuno ore, contra regium morbum bibuntur: veteres tumores, & inflammationes mitigant: fordida ulcera purgant. Tota in vino decocta, tonsillarum crustas abrupit: oris nomas gar-garizatu cohibet. A juncti aqua spargatur tricinium, quæ maduerit, lætiores convictus fieri. Datur potandum in tertianis febribus tertium a terra geniculum, cum foliis circumdantibus: quartanis quartum. Sacram vocant herbam, quoniam multum ad amuleta, expiationesque commendetur.

50

VERBENACA duæ habentur species, recta, & quam supinam vocant. Hanc eam esse volunt, quæ *ἱερὰ βοτάνη*, illam quæ *περίστερον* Dioscoridi dicitur. Recta hac dicta est, quod singulari caule ipsaque, dodrantali sine ramis assurgat. Supina latera, quod caules, & ramos non ita rectos erigat, sed circumquaque diffundat, cujusmodi est vulgaris Verbenaca quæ legitima *ἱερὰ βοτάνη* mihi perpetuo fuerit. Ceterum quam *περίστερον* nuncupant, unico tantum caule, & unica radice constantem (si vera fateri debeo) ea a me nusquam visa est, quæ notis omnibus legitimam referat, et si non desint qui velint verbenacam hanc eam esse plantam, quam nos de Siderite superius agentes, primo ibi loco pinximus. Verum cum videam hanc plantam ab una radice plures edere caules, ipsosque non dodrantales, sed sesquicubitales folia haud subalbicantia, & flores in caule verticillatim prodeuntes, ut in Marrubio, ac nulla in parte aliquid gerere, quod cum vulgari Verbenaca cognationem præ se ferat, ego quidem ad credendum adduci nequeo, hanc herbam esse Verbenacam *περίστερον* dictam: observavi ego saepe, ubi vulgaris Verbenaca plurimum provenit, esse quasdam ipsius plantas, quæ caules rectos edant, quasdam vero quæ humi sepe procumbant: quo factum est, ut suspicarer, hinc fortasse harum differentiam sumpsisse eos, qui rectam Verbenacam, & supinam faciunt. Movit me ad hoc Plinius, qui parvam inter has intercedere differentiam scribit: Verum id mihi nunquam certum statuere volui. Videant & examinent quoque alii differentiam hanc & eorum sit quoque, Fuchs. et. iudicium. Hinc fit, ut in suo insigni de stirpium historia commentario Fuchsius aperte errasse existimem: quippe qui discreti- Verbenaca. minis causa Verbenaca recta storem luteum tribuat. Quod tamen in Dioscoride mihi nunquam licuit invenire, quemadmodum neque

† Antiquos mæ-  
nuscri-  
ptus co-  
dex mæ-  
nuscri-  
ptus. De  
supina  
Verbe-  
naca.  
a Id. m.  
b Meum  
c Sideritis  
d Sideritis  
e Sideritis  
f Sideritis  
g Sideritis  
h Sideritis  
i Sideritis  
j Sideritis  
k Sideritis  
l Sideritis  
m Sideritis  
n Sideritis  
o Sideritis  
p Sideritis  
q Sideritis  
r Sideritis  
s Sideritis  
t Sideritis  
u Sideritis  
v Sideritis  
w Sideritis  
x Sideritis  
y Sideritis  
z Sideritis

lustratio-  
nes.  
Verben-  
ca cōsid.  
Sideritis  
prima  
male qui,  
bu'd. Ver-  
benaca.

Fuchs. et.  
ror in  
Verbe-  
naca.  
neque

## I. VERBENACA.

Plin. de  
verbe-  
naca.

Ben-  
fili-  
sus male  
Erigeron  
pro ver-  
bena po-  
nit.

Verben-  
acae vires  
ex Gal.



quiens Verbenaca ideo peristereon appellata est. quod in ea peristera hoc est, columba versetur. Vm habet adeo desiccantem, ut vulnera conglutinet. Ex libro secundo de compositione pharmacorum secundum locos, de antiquo capitis dolore scribens, sic inquit: Omnium porro longe maxime discutit, & perfecte corroborat verbenaca recta maxime viridis: imo & arida cum radicibus, & simul cum serpyllo, oleo incocta. Conscienda etiam ad ea crocodilia maxima iuxta aquas nascentis radix. Quin & ipsam per se verbenacam, si oleo incoxeris, caput, inde rigaveris, omni capitis dolori antiquo ex frigida aere, aut ex crasis humoribus oborto medeberis. Primum Verbenaca genus Graeci *περίστεριον*, & *περίστεριον* dicitur vocatur: Latini Verbenaca recta. Alterum vero genus Graeci *ἰπὸ βοτάνῃ*, & *ἰπὸ βοτάνῃ* dicitur appellatur: Latini verbenaca supina. In universum Italiae Verminacola, Berbena, & Berbenaca nominatur: Germanis Eisen Kraut.

## \* II. VERBENA NODIFLORA. \*



neg, in Plinio, qui utramque Verbenaca speciem lib. 25, cap. 9. his verbis descripsit: Nulla tamen Romana nobilitatis plus habet quam hierobotane, aliqui peristereon, nostri verbenacam vocant. Hac est, quam legatos ferro ad hostes indicavimus. Hac Jovis mensa verritur, domus purgantur, lustranturque. Genera ejus duo sunt: foliosa quam feminam putant: mas rarioribus foliis. Ramuli utriusque plures, tenues, cubitales, angulosi. Folia minora quam quercus, angustioraque, divisura majoribus: flos glaucus: radix longa, tenuis. Nasctur ubique in planis aquosis. Quidam non distinguunt, sed unum omnino genus faciunt, quoniam utraque eosdem effectus habeat. Utraque, fortuntur Galli, & praecunt responsa. Sed magis utique circa hanc insaniunt. Hac perunctos impetrare quae velint existimant, febres abigere, amicitias conciliare, nullaque non morbo mederi. Colligi circa canis ortum debere, ita ut ne luna, aut sol conspiciatur. Savi autem, & melle terra ad piamentum datis. Circumscriptam ferro effodi sinistra manu, & in sublime tolli: siccare in umbra separatim, folia, caulem, radicem: hac Plinius. Ex quibus verbis ut arbitror, facile deprehendi potest error Eufisii, Brunfelsii, & Brunfelsii, quod in suis de plantarum historia commentariis primo editis, pro Verbenaca femina eam plantam depinxerit, quae a Dioscoride, ceterisque antiquis scriptoribus Erigeron sive Senecio nuncupatur, tamen si mutata sententia libro primo de compositione medicamentorum in ultima methodo, rectam verbenacam perperam: meo judicio, alteram sinapi speciem esse contendat. Nasctur secus vias in civitatibus, & oppidis, & in plateis. Insigniter est amara: quare excoctis & siccat: abstergit, aperit. Ceterum haud nefas Galenus nullum, vel parvum inter utraque verbenacas discrimen esse, breviter de earum viribus, sub una tantum specie differuit libro 8. simplicium medicamentorum, sic in-

quiens Verbenaca ideo peristereon appellata est. quod in ea peristera hoc est, columba versetur. Vm habet adeo desiccantem, ut vulnera conglutinet. Ex libro secundo de compositione pharmacorum secundum locos, de antiquo capitis dolore scribens, sic inquit: Omnium porro longe maxime discutit, & perfecte corroborat verbenaca recta maxime viridis: imo & arida cum radicibus, & simul cum serpyllo, oleo incocta. Conscienda etiam ad ea crocodilia maxima iuxta aquas nascentis radix. Quin & ipsam per se verbenacam, si oleo incoxeris, caput, inde rigaveris, omni capitis dolori antiquo ex frigida aere, aut ex crasis humoribus oborto medeberis. Primum Verbenaca genus Graeci *περίστεριον*, & *περίστεριον* dicitur vocatur: Latini Verbenaca recta. Alterum vero genus Graeci *ἰπὸ βοτάνῃ*, & *ἰπὸ βοτάνῃ* dicitur appellatur: Latini verbenaca supina. In universum Italiae Verminacola, Berbena, & Berbenaca nominatur: Germanis Eisen Kraut.

Verbenam duplicem proposuimus, vulgatam & nodifloram, à nemine prius descriptam. I. Verbenaca communis, C. B. Verbenaca, Matth. Lacu. Cast. Verbenaca vulgaris, Lug. Hierobotane mas, Brunf. Sacra herba, Turn. Verbenaca mascula, Brunfel. Verbenaca recta, Trag. Verbenaca recta, Dod. gal. & fol. Lug. Taber. Verbenaca supina, Fuch. Cordo in Dioscor. Verbenaca foemina, Casalp. Camer. Verbenaca, Ges. hor. Lon. II. Verbenaca nodiflora. Ex radice tenui, fibrosa, caulis sesquipalmaris, tenuis quadratus exurgit, & folia obtinet ungue non multum longiora, quae in ramulis breviora, oblonga, per extremum crenata, per geniculos bina, inter quae pediculi, duos tresve transversos digitos longi, nudi, quibus singulis singula capitula subrotunda, ad formam capitulorum Ranunculi insident, ex quibus flosculi vulgaris Verbenae similes prodeunt. Ea sicca ad nos ab Imperato insigni Pharmacopoeo Neapolitano Italiae missa, quam descripsimus & delineari curavimus.

## Αστράγαλος. ASTRAGALUS. CAP. LVII.

Astragalus parvus est à terra frutex, foliis, & ramis ciceri similis: flore purpureo, parvo: radice rotunda, raphani modo grandis, quae adnatas appendices firmas habet, nigras, & praeduras, veluti cornua inter

inter se implicatas, gustu adstringentes. Nascitur in ventosis, opacis, & in niualibus. Eo b Memphis Arcadiae scater. Alvim sistit radix in vino pota: urinam movet: vetustis ulceribus sicca efficaciter inspargitur: sanguinem supprimit: aegre propter duritiam tunditur.

b Quonia.  
i. Pheneo  
as, ita Ori-  
basias.

**A**STRAGALUS frequens nascitur in agro Tridentino, in vallis Anania montibus. folio ciceris majore. floribus purpureis: radice raphani amula, adnatis appendicibus firmis, nigris, prae duris, inter se implicatis, & gustu adstringentibus. \* Astragali planta, quam in commentariis nostris antea editis appingi curavimus, cum diligentius a nobis inspecta sit, & quadam in ea desiderari videantur, quae Astragali propria sunt, non libuit hic eam recudere. Astragalus alter a Plinio, quam a Dioscoride describitur. Plinius siquidem libro 26. cap. 8. Astragalum his notis representavit: Astragalus, inquit, folia habet longa, incisura multum, obliqua, circa radices caules tres, aut quatuor: florem hyacinthi: radices villosas, implicatas, rubras, prae duras. Nascitur in petrosis apricis, & in nemoralibus, sicut Pheneo Arcadiae. Meminit Astragali Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, ubi ita scriptum reliquit: Astragalus frutex est exiguus, radices habens adstrictas, quamobrem etiam in numero est non infrenue exiccantium. Nam uicera vetera cicatrice obducit, & alvum fluxu tentatam sistit, si quis in vino decoctam radicem bibat. Plurimus huius fruticis proventus est in Pheneo Arcadiae. Is Graeco nomine *αργυράδος* dicitur: Latino similiter Astragalus: Italico Astragalo.

Astragali  
confid.

## ASTRAGALUS.



Astragali  
vires ex  
Gal.

Astragali figuram ex secunda Commentariorum editione adiecimus, siquidem & Lugdunensis historia Nomina

eam exhibeat, sed qualis sit planta ignorare nos facemur, etiam non desinit qui ejusdem Pseudo apios esse censent.

30

Y. d. n. b. &amp;.

## HYACINTHUS.

## CAP. LVIII.

**H**YACINTHUS folia habet bulbi: dodrantalem caulem, laevem, minimo digito tenui: rem, herbacei coloris: comam procumbentem florum purpureorum plenam, incurvam: radicem quoque bulbaceam. Quae, ut creditur, pueris cum vino albo illita, pubertatem coercet, & non patitur erumpere: sistit alvum pota, & urinam impellit: phalangiorum moribus auxiliatur. Semen adstringentius est, theriaci. expetitur: regium morbum emendat cum vino potum.

## HYACINTHUS.

HYACINTHUS ORIEN-  
talis.

40



Rrr

Hyacinth

60

Hyacin-  
thi cūda.HYACINTHUS ORIEN-  
talis alter.Hyacin-  
thus ori-  
entalis.Hyacin-  
thi vires  
ex Gal.\* IV. HYACINTHUS TRI-  
politanus. \*

**H**YACINTHUS in universum in campestribus serè ubiq; in-  
ter segetes, & in sylvis provenit. Nobis duo observata sunt  
genera, vulgare alterum, alterum Orientale: quod duplex  
est: foliis, & radicibus bulbaceis, caule dodrantali, viridi, te-  
nui, levigato: floret cum violis circa finem Martii, & Aprilis ini-  
tium: florentem emittit comam, ab ipso caulis medio usq; ad  
summum purpureis circumdatum floribus, qui maturescen-  
tes ad terram incurvantur, perdurantq; diu antequam  
contabescant. Hetruscus nostris Hyacinthi vulgò vocantur Cy-  
polle canine. Flores primo statim exortu nostrates pueri col-  
ligunt ob purpurei coloris præstantiam. Aliud *Hyacinthi*  
*TH* genus, quod *ORIENTALE* appellare placuit, mi-  
sit ad me Jacobus Antonius Cortusius, rei herbaria studiosis-  
simus, quod sibi missum ex Orientalibus regionibus fateba-  
tur: unde nos illi Orientalis nomenclationem addidimus.  
Folius exit lilii, minoribus, angustioribus, sursum spectanti-  
bus, pinguioribus, & in acutum desinentibus: caule crasso, in  
quo flores exeunt carulei, lilii figura, sed parvi. Radix illi bul-  
bosa, squamosaq;. Seritur in hortis, & colitur in siccilibus  
vasis. Est & alter foliis latioribus, pinguioribus, & in sum-  
mitate reclusis: cetera ceteris perquam similia sunt. Hyacin-  
thi vires memoria prodidit Galenus libro 8. simplicium me-  
dicamentorum, sic inquit: Hyacinthi radix bulbosa est, or-  
dinis primi in desiccando: secundi verò completi, aut certè  
terti incipientis in refrigerando. Itaque pueros diutissime  
servare impuberes illita cum vino creditur. Semen leviter ex-  
tergit, & adstringit: quamobrem & ipsum regio morbo labo-  
rantibus exhibetur in vino, ordine quidem tertio quadante-  
nus desiccans, ceterum in medio consistens caliditatis, ac fri-  
giditatis. Planta Græcis *ὁκυνθος*, Latinis item Hyacinthus  
appellatur: Italis Hiacintho: Germanis Mergen Blumen:  
Hispanis Mayos flores: Gallis Vaciet. Hyacinthus orientalis,  
Italis Hiacintho orientale.

Hyacinthi species viginti octo in Phytopinace  
nostro exhibuimus, hoc loco tria proposuit Matthi-  
olus. I. Hyacinthus racemosus major, fortè Bulbine  
Plinii, C.B. Hyacinthus, Matth. Lacu. Hyacinthus  
quartus & major, Trag. Hyacinthus cæruleus major  
mas, Fuch. Hyacinthus maximus, Tur. Hyacinthus  
magnus, Lonic. Hyacinthus sylvestris, Cord. in hist.  
Hyacinthus comosus spurius tertius, Dod. fol. Hyacin-  
thus comosus major, Lobel. Lugd. Clus. hist.  
Panno. Cam. Hyacinthus major, Lugd. Tab. Hyacin-  
thus nostras, Castor. Bulbi esculenti genus, Dod.  
gal. Lugd. Bulbus sylvestris, Cæsalpino. Pancrati-  
um, Ges. hortis. II. Hyacinthus caule Serpentariae  
instar maculoso, C.B. Hyacinthus orientalis, Matth.  
Gesner. hor. Castor. Hyacinthus orientalis Græcus,  
Lob. Lugd. Hyacinthus orientalis minor, Dod. fol.  
Hyacinthus orientalis cæruleus, Taber. Hyacinthus  
Constantinopolitanus, Camer. Hyacinthus Cæsal.  
III. Hyacinthus orientalis maximus, C.B. Hyacin-  
thus orientalis alter, Matth. (sed figure transpositæ  
erant figuraq; mutila) Lugd. Hyacinthus orientalis  
major, Dod. fol. Hyacinthus orientalis major poly-  
anthos, Lob. Lugd. Tab. IV. A Camerario in suo  
Matthiolo primo fuit Hyacinthi Tripolitani nomi-  
ne propositus, qui ex radice bulbosâ mediocri cau-  
lem profert gracilem, oblongis angustissimisq; fo-  
liis, flore cæruleo, phalangiq; forma, ex sex foliolis  
composito, è quorum medio staminula aliquot pro-  
deunt.

Ménur pous. PAPAVER ERRATI-  
CUM. CAP. LIX.

**P**APAVER erraticum, quod Rhœada vocant, vere quidem in arvis cum hordeo nascitur: flore protinus  
deciduo, unde & nomen apud Græcos accepit. Folia erucæ, aut origano, aut eichorio, aut thymo  
similia spectantur, sed longiora, divisa, scabra: junceus ei caulis, rectus, cubitalis, asper: flos sylvestris  
anemo-

anemones, puniceus, interdum albus: oblongum caput, sed quàm anemones minus: semen rufum: radix longa, subalbida, minoris digiti crassitudine, gustu amara. Hujus capita quinque, aut sex in vii cyathis tribus ad dimidias decocta, potui dabis, quibus somnus accersendus est. Semina acetabuli mensura ex aqua mulsa pota, alvum leniter emolliunt: ad idem præstandum mellitis placentulis & dulciariis libis admiscuntur. Folia cum calycibus illita, inflammationes sanant: eorundem fotu, & perfusione somnus allicitur.

Μήνην ἡμέρη.

PAPAVER SATIVUM.

CAP. LX.

<sup>10</sup> **E** Sativi papaveris genere, quod hortense est, semen in panem densatur, qui sanis in usu sit: eo etiam ex melle pro sesama utuntur: thylacitin vocant. Capitulum habet a longum, & semen candidum. <sup>a Meum immanis. i. ebriogum.</sup> Sylvestre verò caput habet infidens, demissumq; & nigrum semen: quod pithitis nominatur: nonnullis tamen & ipsum rhœas dicitur, quoniam ejus scapo lacteus succus emanat. Tertium magis sylvestre, & ad medicinas valentius, multò his longius, productiore capitulo. Omnium in commune natura refrigeratrix: quare si capita ipsa, & folia decoquantur in aqua, somnum fotu conciliabunt. Bibitur decoctum contra vigilias. Calyces cum polenta triti, & cataplasmati admisti, ignibus sacris, & inflammationibus profunt. Tunduntur quoq; virides, & digeruntur in pastillos, qui siccati ad usum reconducuntur. Capita quoque per se in aqua coquuntur ad dimidias, iterumque adjecto melle, dum humor coëat in eclegmatis lentorem. Id medicamentum in tussi, arteriæ fluxionibus, & coeliacorum affectu, <sup>Opium</sup> doloris levamentum præbet: efficacius tamen redditur, addito hipocistidis succo, & acacia. Papaveris nigri semen tritum cum vino bibitur, contra citam alvum, & foeminarum profluvia: in pervigiis fronti temporibusq; illinitur ex aqua. Opium ejus magis refrigerat, inspissat, siccaturq; Sumptum ervi magnitudine, dolorem finit, concoquit, & somnum allicit: tussi, atque coeliacorum valetudini auxiliatur: verum si copiosius hauriatur, nocet, cum lethargicos efficiens interimat. Ad dolores capitis cum rosaceo perfusum, efficax est: aurium dolori cum amygdalino, myrrha, & croco instillatur: inflammationibus oculorum cum torrefacto ovi luteo proficit: igni sacro, & vulneribus cum aceto: podagris, cum lacte mulieris, & croco: somnum accersit subditum sedi pro balano. Optimum habetur grave, & densum, gustu amarum, odoratu soporiferum, quod facile aqua diluitur, læve, candidum, neque asperum, neq; grumosum, quod inter colandum non ut cera coeat, & in sole diffundatur: dein ad motum lucernis, non <sup>30</sup> atra luceat flamma: extinctum denique odoris vim conservet. Sed opion glaucio, gummi, aut sylvestris lactucæ succo adulterant. Verum glaucio fucatum, in dilutione croci colorem reddit: lactucæ succo fictum, exiliter spirat, & asperius spectatur: gummi vitiatum splendescit, & infirmum est. Nec defunt, qui eo dementiae devenierint, ut adipem ei admiscerent. Fictili novo torretur ad oculorum medicamentum, dum mollius, atq; rufius appareat. Diagoras, ut Erasistratus autor est, usum ejus damnavit, oculorum lippitudinib; & aurium vitii infundi vetans, quoniam visus aciem hebetaret, & soporem gigneret. Ad-

I. PAPAVER ERRATICUM.

II. PAPAVER SATIVUM.



Rrr 2

didit

didit Andreas, illitos eo protinus excæcari, si non adulteraretur. Mne fidemus usum duntaxat olfactandi probavit, quoniam ad conciliandum somnum conveniret: alioqui nobis ut noxio interdicit. Quæ commentitia esse experimento deprehenduntur: siquidem effectus, virium hujusce medicamenti fidem faciunt. Quare non alienum fuerit scriptis mandare, quoniam modo is excipiat succus. Aliqui capita ipsa, & folia tundunt, & prelo exprimunt, terentesq; in mortario digerunt in pastillos: id meconium vocatur, multum opio ignavius. Porro opii faciendi ratio hæc est. Cum ros in eo exaruerit, cultro decussatim in stellas, ne penitus adigatur, ex obliquo in rectum summam cutem incidere oportet, lacrymam exeuntem digito in concham abstergere: nec multo post redire, ut concreta inveniatur: etenim quæ tum, aut postero die etiam offenditur, in veteri pila teri debet, & in pastillos cogi: cum tamen inciditur, retrocedendum est, ne vestibis succus deradatur.

Papaveris erratici confid.

\* III. PAPAVER POLY-  
anthos. \*



Papaveris sativi confid.

Papaveris sativi tria genera Plinio.

Papaveris sativi tria genera Plinio.

& leguminum modo. Rem autem se ita habere testari videtur Plinius lib. 19. cap. 8. cum sic inquit: Papaveris sativi tria genera. Candidum, cuius semen tostum in secunda mensa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc & panis rustici cruste inspergitur aduso ovo inhaerens, ubi inferiorem crustam apio gitq; cereali sapore condunt. Alterum genus Papaveris nigrum, cuius scapo inciso lacteus succus exprimitur. Tertium genus Rheum vocant Græci, id nostri erraticum dicunt, Sponte quidem sed in arvis cum hordeo maxime nascitur: hactenus Plinius. Papavere candido passim abundat Herruria. Utrisque vero nigris scatet universa Insulbrum tellus, sed præcipue apud gentes, quæ Tridentinas incolunt vales ubi Papavere hac copiose seruntur in campis. & inter legumina præsertim inter fabas. Ibi siquidem ejus semine vescuntur homines, immisto placentulis, quas ex pasta foliosa multipli involucri conficiunt. Comedunt illi quidem hæc placentas ad saturitatem usque: non ob id tamen unquam (quod mirum alicui fortasse videbitur) diuturniore somno capiuntur, neque veterinosi sunt. Quin nec illi etiam, qui Sturiam superioremq; Austriam incolunt, in veternum incurrunt: etsi oleum è nigri Papaveris semine expressum in cibis continue assumant, olivarum olei vice. Ea demum experientia fecit, ut intrepide quandoque ausus sim Papaveris seminis cremorem hordei decocto expressum in ardentissimis febribus ad sitim extinguendam somnumq; conciliandum etiam largius exhibere. Hinc præterea factum est, ut cum merum excusserim, & deposuerim, quem mihi olim præceptorum meorum graves admonitiones incusserant, & ingesserant. Caterum ex incisis Papaverum capitibus opus, sive succus manat, qui in Opium vocatum addensatur, ut scite docuit Dioscorides. Et quamvis Opium quarto excessu frigidum statuatur, tamen si ex sapore, & effectu rerum temperamenta, & qualitates cognoscuntur, opium nostri usus (quantum equidem deprehendere potui) non modo gustu amarum percipitur, sed etiam acre, aded ut paululum in ore detentum, linguam & palatum exulceret. Unde haud dubie colligi posse putaverim, calidissimas illi inesse qualitates. Cujus rei fidem augere potest, quæ ex eo prodit odoris gravitas. Veruntamen ne impudentis atque arrogantis nomen subeam, quod in hoc omnium ferè medicorum sententiam destruere velim, coram judicio rem hanc astimandam relinquam, qui ante nos opii tum qualitates, tum facultates diligentissime expendunt. Sed forte ea acris, amaraq; facultas in opium facile invehitur ex glaucii adulteratione, quod illi sapius admiscunt, ut Dioscorides adnotavit. Illudq; argumento esse potest, quod aqua colligatum croceum colorem reddat. Adde quod opium, hodie ad nos convertitur, non est illud verum & legitimum è lacryma, quæ ex inciso papaveris capite exierit, concretum, sed potius hoc è foliorum, & contritorum capitum succo confectum est: idq; meconium vocatum erit, opio longe deterius. Papaverum vires memoria prodidit Galenus libr. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Papaver alterum Rheum nuncupatur quod

zur, quod scilicet celeriter flos ejus defluat. Alterum domesticum, quandoquidem colitur. Quin & altera dua sunt prater  
has species sylvestris papaveris: alterum velut incidentem calycem sustinens: alterum longiorem quam illud calycem obti-  
nens, totum au. em procerius, ac squalidum. Ab hoc succus defluit, atque hinc est, quod hanc speciem quidam Rhœada no-  
minant. Porro omnium facultas refrigeratoria est. Caterum sativi semen, quod & thylacite cognominant, mediocriter so-  
mnum conciliat, visu candidum. proinde pani ipsum inspergunt, ac melle maceratum edunt. At ejus, quod primo loco re-  
censuimus, cujus florem celeriter decidere posuimus, validius semen refrigerat, ita ut nequaquam eo qui innoxie solo uti  
posset, sicut sativo sive domestico melli admiscens. Admodum verò, si ita sumptum sit, somnum conciliat. Caterum pusil-  
lum ejus inspergunt iis, qui ex melle conficiuntur bellariis, atq. placentis, panibusq. Porro tertio loco disti semen atrum e-  
tiam medicamentosum est, admodum refrigerans. At quod quarto loco positum est, omnium est medicatissimum, tum in  
10 semine, tum in calyculis, tum in foliis, tum in succo. Valide enim refrigerat, ad stuporem usq. & mortem perducens: quare  
medici quò probe eo utantur medicamentis miscentes, frigiditatis vehementiam retundunt. Est enim ex quarto, & ultimo  
refrigerantium ordine. Porro quo pacto maxime ex methodo missionem facere oporteat, non est presentis tractationis  
proprium. Ex libro 2. de compositione medicamentorum secundum locos, de dolore capiti agens circa manifestas causas  
oborto, ita de opio differit. Rarò, inquit, cogimur pharmacia ex opio uti, cum videlicet pro dolori vehementia homo de vi-  
ta periclitatur. Quamquam & tunc solida partes ex ejus usu offendantur, adeò ut post hac correctione opus habeant. Sic &  
ex opio collyria multis detrimento fuerunt, adeò ut debile oculum reddiderint, & visus hebetudinem amblyopiam Gra-  
cis appellatam, induxerint: velut etiam auditus gravitatem inducunt, quacunque ad vehementem aurium dolorem ex  
papaveris succo sunt composita. Idem Galenus l. 3. ejusdem tractatus, de aurium inflammationibus agens, sic inquit: Phar-  
maca ex papaveris succo omnia sensum stupefaciunt: & ob id sanè necessarid cogimur ipsis uti ubi nullum aliud mitiga-  
20 tivum opem tulit: hac Galenus. Ex quibus sanè omnibus admoniti esse debent medici, ne temerè aut inconsultè ad usum  
opii se conferant. Sed ratio, qua id corrigendum, administrandumq. fit, ex ipso Galeno colligi potest, lib. 8. de compositi-  
one pharmacorum secundum locos ubi ita scriptum reliquit. Calascientia miscetur, quæ refrigerantium stupefactio-  
nem deducere possunt, cum illa ipsa per se tardi transitus existant. Hac igitur, ubi quis inaudierit, quantitatem consideret  
simplicium pharmacorum, quæ in compositiones miscetur. Ex hac enim sciet num magis, an minus efficere possit com-  
positum pharmacum, ea quæ promittit. Si namque refrigerantia plura apparuerint, sensum affectuum magis obtundit,  
& quantum caloris in ipsa particula fuerit, etiam hunc extinguit. Ubi verò calascientia fuerint aucta, minus quidem  
hac efficiet ipsum pharmacum, innocentius autem reddetur. Nosse enim oportet, corpora viventium mortificationi simi-  
le quippiam perpeti ab omnium ex opio, hyoscyamo, & mandragora compositorum pharmacorum usu: nimirum causis  
dolorem insipientibus insensibilibus factis, & multi sanè qui assidue talia accipiunt, ad immedicabilem frigiditatem par-  
30 ticulas perducunt. Papaver erraticum sic Latinis, *μῆλον ποῖον* Græci appellantur: Italis Papaver o salvatico: Germanis  
Klapperrosen: Hispanis Amapolita, & Paponilla: Gallis Coquelourdes, Pavor sauvage, sive Consanons. Papaver verò sa-  
tivum Latine dictum, *μῆλον ὄπιον* & Græce vocatur: Arabicè Thaxibax, Thaxiba, seu Chaschas: Italicè Papavero dome-  
stico: Germanicè Magsamen: Hispanicè Dormidera: Gallicè Pavor blanc, seu Pavor privé. Quod deniq. Græci *ὄπιον* &  
*μῆλον ποῖον*, Latini item Opium & Meconium dicunt: Mauritanii, *afjun*: Itali Opio.

Opium ut  
admini-  
strandū.

Nomina.

Papaver sativum est & sylvestre: floris & seminis colore, & florum textura multiplices differentiæ.  
I. Papaver erraticum majus, C. B. Papaver erraticum, Matth. Brunf. Cord. in Diosc. Gef. hor. Lac.  
Lon. Cast. Thal. Cæsalp. Taber. cui & rubeum & floridum: Papaver erraticum primum, Fuch. Lugd.  
Papaver Rhœas alterum, Dod. gal. Papaver rubrum, Brunf. Papaver Rhœas, Lobel. Cam. Argemone  
40 vulgaris Trago. Rarius pleno flore, item & albo inter segetes, apud nos Doctor Jacobus Cargillus Sco-  
tus lectum, exhibuit. II. Papaver hortense flore & semine albo, quod sativum Dioscoridi & album Pli-  
nio, C. B. Papaver sativum, Matth. Dod. gal. Lugd. Taber. Papaver, Brunf. Lon. Papaver album, Trag.  
Dod. fol. Papaver sativum, Dod. gal. Papaver album sativum, Gef. hor. Lob. Cast. Papaver sativum  
thylacite, Cord. in Diosc. Papaver candidum, Cæsalp. Papaver pithitis, Lacunæ. III. Papaver Polyan-  
thos, C. B. Papaver multiplici flore, Cam. in suo Matthiolo. Papaver album & nigrum Polyanthum,  
Lob. a vulgari solum multiplici textura foliorum in flore variat: Variorum item colorum, purpurei, sa-  
turatè rubri, violacei, albi mixti: sic & folia in florib. aliquando fimbriata, quædam integra observantur.

*Μῆλον κερκίτης.*

## PAPAVER CORNICULATUM.

## CAP. LXI.

50 PAPAVER ceratites, id est, corniculatum, folia habet candida, hirsuta, verbasco similia, in ambitu sylve-  
stris papaveris more serrata: caule non dissimili: flore pallido: calyculo fæni græci, in corniculorum  
modum inflexo, unde nomen mutuatur: semine papaveris, pusillo, nigroq. radice per summa cespiti-  
um, nigra, crassa: nascitur in maritimis, & asperis. Radici ea vis inest, ut in aqua decocta ad dimidias, co-  
xendicum, & jecinoris affectus potu sanet: prodest his, qui crassa quædam, & arenosa cum lorio red-  
dunt. Alvum leniter purgat semen, acetabulo in aqua mulsa potu. Cruistas emarginant, illita ex oleo fo-  
lia floresq. argema in nubeculas jumentorum, perunctas abstergunt. Sunt qui glaucium hoc papaveris  
genere factitari existimarunt, falsi quodam foliorum cognatione.

a Meum  
iççad  
λαττ. i.  
radice, te  
nui, ita  
Meum.  
b Meum,  
& Or. 3.  
ἐρεανθίς  
ἀρνίς  
τοῦ i. &  
exiccatū  
reponi-  
tur.

60

*Μῆλον ἀφροδῆς.*

## PAPAVER SPUMEUM.

## CAP. LXII.

ALIUD Papaveris genus aphrodes, id est, spumeum vocatur, ab aliis heracleum, caule dedranti: fo-  
liis admodum parvis, radiculae similibus: fructu inter ea candido: nam herbula alba est, & spumea  
tota a: radice in summo cespite. Legitur æstate semen, cum integrè adolevit, deciditque exiccatum.  
Datum acetabuli mensura in aqua mulsa, vomitione expurgat: privatim hujusmodi purgatio, comi-  
tialibus prodest.

Papaver Corniculatum in maritimis nostris Senensibus Crassetano, & Orbetellano agro, & circa Herculis portum Ar-  
gentario promontorio, itemq. in Adriatici maris litore non longè à Timavo fonte, & Tergesto saxoso litore tractu, ubi  
Rrr 3 sapius confid.

Papave-  
ris corni-  
culati  
confid.